



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarragonensis Dialogorum
Libri Duo de emendatione Gratiani**

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

Elegia In Lavdem V. C. Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarragonensis, Io.
Grvteri Antwerp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10634

HIERONYMVS OSORIVS
Episcopus Sylvensis ad Antonium
Augustinum V. C.

T Riptolemus quondā sevit sacra munera frugum,
Legibus & gentem Cecropiam excoluit.
Tu leges ipsas atra rubigine tristes
Ingenio purgas, & fata lata facis.
Ille angui invectus volucri tenet æthera curru.
Te volucri fama ducet in astra decus.
Ille colit Cererem. Peragis tu sacra sacerdos
Matris Eleusinæ, sacrâque Pieridum.
Evallis Iolium atque inimicas frugibus herbas,
Inducisque satis Castalios latices.
Ergo Triptolemus tibi jam concedat habenas;
Et vicitus, currus deserat ille suos.

ELEGIA IN LAVDEM V. C.

ANTONII AVGVSTINI
Archiepiscopi Tarragonensis,

I O. GRVTERI ANTVERP.

A Et tu, confiteor, versoque stylum usque legendo,
Augustine, tibi dum bona verba fero.
Quotquot enim tecum componere de grege certo,
Cui sua cuncta Dei rara dedere bona,
Nil nisi cum melico Philomela gutture corvum,
Nil nisi cum cygno comparo Noctis avem.
O pater, ô fidus Romani nominis aureum!
O immortalis gentis Achaiæ honos!
Quis monumenta suas posset tua mittere in aureis?
Quæ veterum purgant oblita sensa patrum?
Afcia & in decus antiquum ignicolore resingunt
Iustinianei fasque piuumque chori.

Quin quoque te humani credat sub corporis umbra
 Magnum aliquem indigetem dissimulare poli ?
 Nobilis aut potius regali ex stirpe deorum ,
 Restituis mundo qui bene rursus opes .
 Fallor ? an hoc quoque lanificæ sensere sorores ,
 Fata recens genito cùm cecinere tibi ,
 Et fore dixerunt in quo fas cernere priscos
 Semiviroisque deos , semideosque viros ,
 Quique ita doctrinarum exacta cognitione ,
 Quique ita virtutum divitiore penu ,
 Venturi premeres , premeresque superstitis ævi ,
 Et premeres ævi præteriti omne decus .
 Qualiter igniculos astrorum Cynthius , haud cùm
 Frigore contractus Ægoceronta colit ,
 Sed per odoratæ Erigones cum exultat aristas
 Flammeus , atque citos æthere ducit equos .
 Plaudite io Parcè : jam nuñc in vestra sorores
 Verba diem capiunt in venitintque fidem .
 Quique habitant nostris adversum gressibus orbem
 Haud minùs atque quibus tera superna patet ,
 Nil Augustino melius majusve dedisse
 Aut dare cœlestes posse aliquando ferunt .
 Augustine pater , pater Augustine , modesta
 Lumina demissam quid jacis usque in humum ?
 Sicne animos potius meritis poscentibus addes ,
 Verticéque elato tecta quere Lovis ?
 Nil ex parte tuis minima datur auribus . Ipsa .
 Fama est magna tibi , sed minor ingenio .
 Templum si tibi non centum sublime columnis
 Auxisset variis mundus uterque plagiis ,
 Divinósque palam vivo largitus honores
 Aras sacrasset supplice ubique metu ,
 Certè ego , n̄ quando tua fas evoluere scripta ,
 Scripta quibus genij splendet imago tui ,
 Algida sic quatior ferventi pectora thyrso ,
 Sicque coruscanti numine totus agor ,
 Ilicet ut superos sublatus ad aëris orbes ,
 Iam videar Themidis cernere pectus heræ ,
 Eque alto Astrææ folio auscultare docentem ,
 Pascere & ambrosia pro libitiora dape .

Rr iiij

Ipse Corinthiaco, ipse tibi Augustine, metallo
 Struxero delubrum ad Scaldis euntis aquas.
 Magnum opus, irritent cuius fastigia cœlos,
 Vis hominum quod non diruere ulla queat.
 Illic, exemplis Lysippi divite ab auro,
 Magnorum spiret gens animosa Deum.
 Quemque sua exornet specioso emblemate vestis,
 Cuique sua obnubent florea serfa caput.
 In medio tu stes, Antoni, adamantinus, omni
 Diffundens passim corpore tale jubar
 Qualc vomat Phæbi juvenilis imago, rubenti
 Si Nabathæorum ex æquore saltet eques.
 Nunc ego quid possum, cui gaza nulla superfites,
 Copia cui genij flamma pusilla micat.
 Heu mihi, ceu violas non est comprehendere Aprileis,
 Quantæ in Hyblæo monte vagetur apis;
 Sic neque gratanti tua facta æquare tenore,
 Concipere aut liquidò mens animi ulla queat.
 Mussem igitur meritò, vimque almi nominis almam
 Rite sacrosancta religione colam.

A N T O N I V S A V G V S T I N V S
 ad Latinum Latinum Romam.

Lucabant Soles olim mihi candidiores,
 Docte Latine, tuis
 Octavique patris dictis cum pectus onustum
 Sæpe foret variis.
 Ultima nunc fessum vastis Hispania terris
 Sole cadente tenet.
 O mihi felices, frustra suspiria duco,
 Præteritosque dies.
 Viximus, antiquæ cum Yrbis lustrare ruinas
 Romuleæ licuit
 Et Capitoline pacatis prendere turres,
 Aurea templa Iovis.
 Innumeros illic varia de gente triumphos
 Legimus in Tabulis,